

men 23. ubi omnes legunt: *Deum putant sine ira, Noster fol. 39. habet ἀοργητον.*

II. fol. 42. p. 2. L. *Coelii Laëtantii Firmiani De Opificio Dei Seu Hominis Formatione Liber Incipit.* Initium: *Quam minime sim quietus etiam in summis necessitatibus &c.* In XXI. Capita juxta praeivium Elenchum tributus est; abrumpitur autem in his C. ult. verbis: *Ego uero libentius uel sub hoc onere — —. C. 1. legit Noster: licet te publicae rei necessitas habeat, et a ueris operibus auertat, pro licet — necessitas a ueris et iustis operibus auertat.* Item: *ne possint homines prouisione uitare, pro ne possint hominis prouisione uitari, quam discrepantiam nec a Bunemanno, nec a Brunio et Lengletto adnotatam video.*

CCLXXXIII.

U. 567 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 84. 8. in cuius fronte legitur: *Carolus Rottingerus Nürdlingensis Rhetus me possidet. Anno Salutis 1530. quod ad hujatam Academiam pertinet, memorari*

*Si placet eliquium, lac manat et Attica mella;
Si res, Coelicotum nectar et Ambrosiam.*

Atqui in *Supplemento Historiae meae vernac. Typographiae Vien. p. 97. retuli idem Carmen praefixum Laëtantii Praefationi L. I. Divinar. Instit. editae Viennae ante an. 1537. 4. et tributum Casp. Ursino Velio. Difficile est officium*

meretur. Continet is primo: *Annotationes M. Stephani Sprugels in Laëtantium de Opificio Dei.* In Scholis exceptas liquet e Titulo: *Incipit die prima decembris (1530.) et e Calce: Finiuit die 3. februarij Anno domini 1531.* Primum igitur Commentatorem Laëtantii habeo Sprugelium nostrum; *Erasmi enim Scholia in L. de Opificio Dei anno demum 1539. in edit. Antwerp. 8. comparuere.* Fuit Vir ille *Suevus Hallensis* et per varia Munia Academica demum a. 1543. ad supremum Magistratum evasit, Canonicatu simul D. *Stephani* insignis, et ultima voluntate a. 1555. fundato Stipendio in *Bursam Haydenbeim* beneficis. Virum eruditum probant Adnotationes nostrae, quas effatis biblicis, Patrum, Historicorum, Philosophorum et Poetarum condidit praemissa brevi Notione de rebus Autoris. Itaque fecutis Commentatoribus ufui esse potuissent. Aliquoties addit vernacula, v. g. C. 1. τὸ *Offensacula* interpretatur: *Das ainem in weg leitt* (liegt). Fronti praescriptum Carmen: *Rosinus in Laëtantium.*

Palaemonis. Et vitula tu dignus, et hic.

II. fol. 19. In *Epistolam Pauli ad Romanos Annotationes D. Ambrosio Saltzer sacrae scripturae Licentiato distante conscriptae. Anno domini 1534. Martij 16. Sequun-*

quuntur fimiles in *Epistolam Petri primam*, II. *Aug. finitis Canicularibus*, item *Scholia in Ecclesiasten*, 3. *Novembr.* Demum *Didata in Oseam prophetam*, anno 1535. II. *Jan.* Omnia bonae frugis plena et Veterum Glossis potiora. *Hungarus Sempronienfis* erat *Salzerus* noster, ingenio et industria e paupertate et aliorum Juvenum famulatio eluctatus ad D. *Stephani* Canonatum et omnes honores Academicos, atque tam vividae aetatis, ut post ipsum octuagesimum annum quater Rectoris fungeretur Officio, annumque demum secundum et nonagesimum, qui erat 1568. supremum haberet. Laudes ejus in *Ederi Catal.* ad an. 1523. in *Scriptt. Univ.* P. III. Sec. III. p. 51. Epitaphium, quod in Metropolitana habet, in *Locheri Speculo Acad.* p. 405. leguntur. Ego ipse Viri memoriam, uti tot aliorum Ejus Collegarum, quantum potui, cum in *Memorab. Bibl. Garell.* tum in *Hist. Typogr. Vienn.* ab oblivione vindicare studui, parum folicitus, quam ab ejus Posteris, in quorum gremium nunquam cooptatus fui, gratiam ineam.

CCLXXXIV.

R. 566 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc 53. 8. nitidissime exaratus, ut *Itali Amanuenses*, praecipue *Florentini* callebant, et literis initiorum deauratis et picturatis, quarum causa puerilis fortasse levitas folium primum avulfit, olim fuit *Joh. Fabri Ep. Vien.* *Denis Codd. Theol. V. II. P. I.*

et faltem in calce purpura inscriptus est: *Liber Sancti hylarij de Synodis contra omnes hereses.* Potius *De Fide Orientalium.* Incipit κεφαλος ab iis verbis: *proxime vobis ex supermensio* (Syrmiensi) *oppido infidelis fidei impietatem non modo* (non) *suscepisse, sed nuntiata esse* (l. etiam) *significatamque dampnasse.* *Necessarium mihi ac religiosum intellexi ut nunc quasi episcopus episcopis uictum* (l. mecum) *in christo communicantibus &c.* Vides ἀποργαφον esse mendosi Codicis, aut Amanuensis digitis magis valuisse, quam intelligentia. Ne Titulus quidem ullus errore vacat. Ita ad *Fidem Syrmensem* legas possum pro per *Ofium*, ad *Antiochenam* similiter in *femias* pro per *Encaenias*, ad *Syrmensem* denique alteram *contra fontinum* pro *Photinum*. Extrema sunt: *Omouision græcum est. interpretatio omouision unius substantie et omoeouision. similis substantie. sed per omouision oportet intelligi.* Ast haec, ut recte observant Editores *Mauriani Opp. Hilarii Pictav. Paris.* 1693. col. 1206. f. non nisi adnotatio posterioris cujusdam Censoris esse videntur per recentiora Mss. didita, vetustioribus ignota.

CCLXXXV.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3262 XII. Folior. 181. f. pereleganter exaratus et coloribus illustratus, litera quadra inscribitur: *Incipit Exameron Tractatus Sancti Ambrosij Archi Episcopi De Die Primo Conditionis Mundi.* Ita pro numero